



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vita Et Doctrina Jesu Christi**

**Avancini, Niccolò**

**Coloniae Agrippinae, 1689**

Circumcisio Christi Domini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59970](#)

CIR CUMCISIO  
DIE IX. JANUARII.  
Tres Magi Hierosolymam inge-  
diuntur.

1. **U**bi est qui natus est, &c. Matth.  
Quia stellam amiserunt, necesse ha-  
bent ex hominibus quærere Sed quæ cau-  
amissæ stellæ? Fortè voluit Deus eorum co-  
stantiam probare. Solet enim etiam Sancti  
cripere solatia spiritualia, & ariditatē  
immittere. Quid ages tali casu? Ecce Magi  
pergunt, intrant civitatem, spe pleni, quo  
Deus medium suggeret. Tu pariter ne cal-  
animo.

2. **V**bi est, qui natus est Rex Iudeorum?  
Quām intrepida animi magnitudo! In ip-  
urbe Herodi subdita, vivo, & regnante He-  
rode rege, homine ambitioso, quærunt  
novo rege, non sine vitæ periculo. Fides vi-  
& ardens desiderium expunxerunt metu  
periculi: quoties tu ob leves metus, vel no-  
fuscipis pro Deo, quæ parum sunt ardua;  
suscepta deseris! Confundere, emenda.

3. **A**udiens autem Herodes turbatus  
& omnis Hierosolyma cum eo. Matth. 2. To-  
batur Rex ambitione Regni, quod timet  
perdere: turbatur populus Regis studio, q-  
timet offendere. En quomodo vel unus  
terrena affectus, una inordinata passio p-

## CHRISTI DOMINI.

51

cem animi turbat. Amas hanc pacem? ejice  
animo inordinatos affectus.

## DIE X. JANUARII.

Herodes querit ubi Deus nascatur.

1. Ecce congregans principes Sacerdotum, &  
Scribas populi. Marth. 2 Quām admi-  
randa Dei providentia! Herodes malevolus,  
Sacerdotes iniqui serviunt ad dirigendos  
Magos. Lauda & magnifica hanc. Si verò co-  
gnoscere vis Dei voluntatem, ejus ministros,  
Superiores tuos consule. Etsi iniqui sint,  
Deus non patitur illos in eo errare, quod  
per te vult fieri.

2. Se i scitabatur ab eis ubi Christus nasce-  
retur. Ibid. Quām pia in speciem quæstio!  
quām sinister in corde affectus! quām sancti  
videri volunt affectus pessimi! Non sinas  
passionem ullam dominari: etiam te de-  
mentabit, ut quod facis passione, excuses  
virtute; quod ex ira, vestias zelo, &c.

3. At illi dixerunt: in Bethlehem Iude:  
Ibid. Sciverunt hoc ex scriptura, quam alle-  
gant; docent hoc Magos, & tamen stolidi  
ipsi Jesum non querunt tam sibi vicinum. O  
ingrati! Quanta tu audis, quanta scis, per  
quæ venire possis ad Jesum! & cur non fa-  
cis? Oberit ipsum scire, si no-  
lis facere.

DIE